expiratos extendi non poſſunt ad caſum fideicommiſſariæ
contra expreſſam teſtatricis voluntatem quam ex prędictis
7 conſtat per uniuſcujuſque obitum ab inteſtato indiſtinctè
voluiſſe excluſionem cohęredis Eccleſiam vocare, unde po-
tius intrat argumentum ductum a diſcretivo modo loquen-
di *l. quando §. idem reſpondit ff. de fundo inſtructo*.
Fortiùs quia hęc certa ac determinata voluntas teſtatricis
magis convincitur ex alia inferiori parte ejuſdem Teſta-
menti in quo ad excluſionem Eccleſiæ ſubſtitutæ poſuit in
conditione ſolummodo filios utriuſque hæredis præmo-
rientis ab inteſtato ibi : *Non intendo però di togliere à miei
figli la facultà di alienare, ò di teſtare, ma ſolamente la ſucceſ-
ſione ab inteſtato eccetto ſe haveſſero figli quali voglio che ſuc-
cedino à i loro Padri ſolamente &c.* Ex hac enim inteſtata
ſucceſſione reſervata ſolum filiis inſtitutorum, rectè argui-
tur Teſtatricem omnes alios excludere voluiſſe juxta vul-
8 gatum axioma quod exceptio unius Caſus firmat regulam
in non exceptis *l. Lucius Titius §. pluribus ff. ad Trebell.* Rota
dec. 150. n. 20. par. 16. cum aliis paſſim.
Firmata ex prędictis exiſtentia & purificatione fideicom-
miſſi quo ad identitatem ſuper qua cæteroquin nulla cade-
bat quæſtio, non obſtat quod ſubſtitutio ſit facta in eo, quod
ſupereſt, adeoque cum Domus fideicommiſſaria alienata
jam fuerit, per Simeonem, Immiſſio dari non poſſit ad lo-
ca montium quantumvis pretio illius acquiſita, eo quia
9 in particularibus regulariter pretium loco rei non ſuccedit
*l qui vos §. ult. ff. de fun. gloſ. in l. Labeo, & Sobinus ff. de
verbor. oblig.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 32. gloſ. 1. n. 20. & ſeq.*
Quoniam cum alienatio præceſſerit ex cauſa neceſſaria
retractus ſcilicet coactivi in vim Bullę Gregorianę diſtri-
ctè præcipientis quod pretium reinveſtiatur, & obnoxium
remaneat omnibus diſpoſitionibus, prohibitionibus, &
oneribus quibus res vendita ſubjacebat, & de facto loca
montium ad formam dict. Conſtitutionis fuerint compara-
ta, non videbatur hæſitandum quin adhuc ſuper illis uti
10 diſtractæ Domui ſubrogatis vigeat fideicommiſſum juxta
naturam ſubrogatorum de relatis concordantibus in pro-
poſito, Rota *coram Merlin. dec. 428. nu. 1. & ſequentibus*,
ſupplente ipſamet lege factum hominis de cujus voluntate
11 ſubrogavit etiam in particularibus admittitur, ut limitan-
do contrariam regulam probat Tiraquell. *ubi ſupra nu. 22.*
Surd. *dec. 306. n. 12.* Rota *dec. 539. nu. 5. coram Coccino,
& coram Zarate dec. 79. n. 4.*
Et ita utraque, &c.

R. P. D. MOLINES.

Bononien. Fideicommiſſi de Mareſcottis.

Lun. 3. Decembris 1691.

ARGUMENTUM.

Subſtitutio pluribus facta cum conditione ſi omnes ſine li-
beris obierint habet locum ſi unus tantum ſine filiis de-
ceſſerit, ſed id procedere ex mera voluntate Teſtatoris
adeout quatenus de contraria voluntate conſtet non eſſe
admittendum notat Cardin. de Luc. *de Fideicomm. Diſc.
XCVIII.* enumerantur itaque caſus in quibus dicatur
conſtare de voluntate Teſtatoris excluſiva reſolutionis
pluralitatis in ſingularitates.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſum relictum duobus ſeu pluribus cum conditione ſi uterque ſivè omnes ſine liberis obierint habet locum ſi unus tantum ſine filiis deceſſerit.*
2 *Subſtitutio facta copulativè in caſu mortis plurium ſine filiis purificata dici non poteſt ſuperextante aliquo ex primo vocatis cum filiis.*
3 *Natura copulativæ eſt, ut concurrere debeant omnia copulata.*
4 *Pluralitas ſolet in ſingularitatem reſolvi.*
5 *Reſolutio autem fit ex præſumpta Teſtatoris voluntate.*
6 *Ideo exiſtente in contrarium voluntate Teſtatoris pluralitas in ſingularitatem non reſolvitur.*
7 *De hac voluntate conſtaret ſi Teſtator fideicommiſſum inſtituerit, ut conſervaretur ſplendor, & nobilitas ejus familiæ quoſque Vocatorum linea perduret.*
8 *Pluralitas in ſingularitatem non reſolvitur quando ſubjecta materia ita ſuadeat.*
9 *Subſtitutio purificata dici non poteſt ſuperextante Perſona de linea contemplata, & expreſsè vocata.*
10 *Pluralitas in ſingularitatem non reſolvitur ſi Teſtator bona fideicommiſſo obnoxia tanquam individua conſideraverit.*
12 *Re & verbis dicuntur conjuncti Hæredes ſi unica oratione ſi eadem res duobus legata.*
13 *Quo caſu per Jus non decreſcendi per obitum unius conſolidetur res favore alterius.*
14 *Et non fiat reſolutio pluralitatis in ſingularitatem.*
15 *Jus accreſcendi locum non habet poſt quæſitum emolumentum, declara, ut n. 16. & 17. 18. & 19.*
20 *Pluralitas in ſingularitatem non reſolvitur quando ſupereſt Perſona Teſtatori magis prædilecta quam ſubſtitutus.*
21 *Perſona autem magis prædilecta ad effectum dicitur ille qui primo loco fuit nominatus.*
22 *Ac etiam ille qui fuit aptior reputatus pro conſervatione ſplendoris familiæ, & extitit re & verbis conjunctus.*
23 *Verba*--iiſdem modis, & formis--*denotant æqualitatem vocationis cum caſu præcedenti.*

DECISIO LXVI.

Nicolaus Mareſcottus inter cætera quę diſponit in ſuo
Teſtamento, reliquit jure legati, inſtitutionis, &
omni alio meliori modo Bernardino, & Antonio Mariæ
fratribus ejuſdem familiæ Mareſcottæ prædium ſub com-
muni Medicinæ nuncupatum la Mareſcotta cum omnibus
bonis ſub illo contentis: quibus deficientibus cum filiis, &
deſcendentibus lineæ Maſculinæ voluit iſtos in prædictis
bonis & d. Prædio ſuccedere excludendo tamen legitima-
tos etiam per ſubſequens matrimonium, vel privilegium, ſi
vero deficerent legatarii, vel eorum deſcendentes, & linea
ſine filiis maſculis legitimis natiſque de legitimo matrimo-
nio mandavit, quod d. prædium, & prædicta bona redirent
ad ſuum univerſalem hæredem nempè Vincentium Mare-
ſcottum fratrem naturalem ipſius Teſtatoris ejuſque de-
ſcendentes: Deinde in Codicillis legato accrevit alterum
prędium nuncupatum del Boſco in communi Sancti Alma-
ſii cum iiſdem tamen modis, formis, & ſubſtitutionibus
contentis in ſupra dicto altero legato.
Defuncto Teſtatore vigore hujuſmodi diſpoſitionis, &
prædium, & bona ſub illo contenta conſecuti fuerunt lega-
tarii, ſed vice Prædii del Boſco receperunt pretium valu-
tatum in lib. 38. cum onere illum inveſtiendi pro vocatis
ad hoc fideicommiſſum particulare.
Poſt hæc obiit Antonius Maria ſine filiis, & deinde
Bernardinus relicto Comite Antonio Joſepho filio, & hæ-
rede contra quem inſurrexerit D. Co: Vincentius hęres in-
ſtitutus in Teſtamento, & ſubſtitutus in prædicto legato in
defectum legatariorum ſine filiis, & deſcendentibus, & li-
nea, prætendens quod per obitum Antonii Mariæ ſine filiis
purificata fuerit ejus favore ſubſtitutio pro medietate d. le- 1
gati innixus diſpoſitioni vulgati Text. *in l. hæredes mei 57.
§. Cum ita ff. ad Sen. Conſ. Trebell.* in quo ſancitur fideicom-
miſſum, relictum duobus, ſeu pluribus cum conditione ſi
uterque ſive omnes ſine liberis obierint habere locum ſi
unus tantum ſine filiis deceſſerit cum pluralitas reſolvatur
in ſingularitates, ſuper quo contrariis habitis ſententiis in
Tribunali Eminentiſſimi Legati Bononiæ, tandem ad me
appellantis cauſa devoluta hodie dubitavi *An ſit concedenda
immiſſio, & laxandum mandatum*, & ſuper utroque nega-
tivè fuit reſponſum.
Non enim conſtare viſum de purificatione ſubſtitu-
tionis favore Vincentii Actoris quia ejus ſubſtitutio fa-
cta reperitur copulativè in caſu mortis plurium ſine filiis. 2
Ideoque purificata dici nequit ſuperextante aliquo ex pri-
mo vocatis cum filiis *l. ſi hæredes plures 5. ff. de condit. in-
ſtitut. l. Cum quidam 10. C. de Imput. & aliis ſubſtit.* juxta
non minus veram, & naturalem verborum proprietatem,
quàm efficaciam copulativè, cujus natura eſt, ut concurre-
re debeant omnia copulata, & falſa ſit niſi in omnibus im-
pleatur, Bart. *in l. hæredes mei d. §. Cum ita ad Sen. Conſ. Treb.*
& ibi Ripa *n. 139. & 143.* Menoch. *præſumpt. 186. n. 33.* 3
& 34. lib. 4. Fuſar. *de ſubſtitut. q. 473. n. 93.* Surr. *dec. 210.
num. 39.* Mantic. *de conjectur. lib. 11. tit. 5. num. 29.* Dec.
conſ.

conſ. 549. num. 2. & 3. Gratian. *diſcept. 468. num. 74. &
621. num. 32.*
Et licet ab hac verborum proprietate recedi ſoleat reſol-
vendo pluralitatem in ſingularitatem, itaut decedente ex
inſtitutis ſine filiis admittatur ſubſtitutus ad portionem de-
4 ficientis inhærendo vulgato reſponſo Papiniani *in d. l. hæ-
redes Mei 57. §. Cum ita ff. ad Trebell.* hoc tamen funda-
tur in quadam tacita ſeu præſumpta voluntate Teſtatoris
ex eo deducta quod ſi iſte voluit ſubſtitutum totum habere
5 omnibus primo vocatis decedentibus ſine filiis cenſeri
etiam debet voluiſſe habere partem ſeu portionem unius
tantum deficientis, qua voluntate concurrente à proprie-
tate verborum, & natura copulativæ receditur, ut *in d. §.
Cum ita* ibi -- *Nepti prima facie propter conditionis verba
admitti non videbatur, ſed cum in fideicommiſſis voluntatem
ſpectari conveniat l. falſa demonſtratio 32. §. fin. ff. de condit.
& demonſtrat.* Mantic. *de conjectur. lib 11. tit. 5. num. 24.*
poſt med. Gratian. *diſcept. forenſ. 468. num. 75.* etiam idi-
pſum tenuit Rota *deciſ. 604. n. 3. & per tot. par. 1. diverſ.
& dec. 246. coram Gregor. XV. deciſ. 145. n. 2. & 3. & dec.
316. num. 4. par. 1. recentior. deciſ. 97. num. 2. & 142. n. 1.
& 244. n. 2. par. 17.*
Ac proindè exiſtente in contrarium voluntate Teſtato-
ris pro non reſolutione pluralitatis in ſingularitates atten-
denda venit, capienda verba in propria ſignificatione &
6 juxta naturam copulativæ, ut nempè ſermo conceptus in
perſonis plurium copulatorum non conveniat aliquibus
tantum cum reſolutione numeri pluralis in ſingularem,
Pariſ. *conſ. ſeptuageſimo quarto, primo dubio vol. ſecundo*
Gratian. *diſcept. 621. n. trigeſimo ſecundo, & diſcept. 741.
n. 12.* Card. de Luca *de fideic. diſcurſ. 96. n. 5.* Rot. *dec. 97.
n. 3. dec. 142. n. 3. dec. 244. n. 3. p. 17.*
De tali autem voluntate excluſiva reſolutionis in ſingu-
laritates conſtare viſum fuit in præſenti reflectendo, quod
Teſtator particulare ordinavit fideicommiſſum ſuper præ-
dio ſemper, & ab antiquo tempore poſſeſſo à perſonis
de vera, propria, & legitima familia Mareſcotta de qua
ipſa erat (itaut prædium ſecum ferat dominationem fa-
miliæ nuncupatam la Mareſcotta) ad illud vocando Ber-
7 nardinum, & Antonium Mariam de dicta familia eorum-
que deſcendentes maſculos in infinitum cum mentione li-
neæ Maſculinæ, & excluſione legitimatorum etiam per
ſubſequens matrimonium, vel privilegium, ex quo appa-
ret quod Teſtator ejus fuerit intentionis, ut perpetuo reti-
neretur hujuſmodi prædium una cum bonis ei annexis ſitis
in Communi de Medicina ab illis de d. familia Mareſcot-
ta, & ſic conſervaretur ſplendor, & nobilitas ejus fami-
liæ quo uſque vocatorum linea maſculina perduraret, qua
ſtante cenſetur voluiſſe, ut decedente uno ex legatariis ſi-
ne filiis pro adimplemento ſuæ voluntatis conſolidaretur
portio deficientis penes ſuperſtitem, ut in ſimili advertit
8 Rota *in deciſion. Roman. fideicomm. de Urſinis 7. Februarii
1681. §. Et quamvis coram bo. me. Albergato*, & generaliter
non reſolvi pluralitates in ſingularitates quando ſubjecta
materia aliud ſuadet tenet Oldrad. *conſ. 131.* Card. de Luc.
d. diſc. 96. n. 7.
Addito quod Teſtator nedum in controverſo legato, &
particulari fideicommiſſo conſideravit Bernardinum, &
Antonium Mariam eorumque deſcendentes per modum
unius lineæ ibi -- *e doppo d'eſſi alli figlioli, e deſcendenti in
linea Maſculina*, & inferius ibi -- *E mancando eſſi, ò ſuoi*
9 *deſcendenti, e linea*, quod operatur ut ſubſtitutio favore
Vincentii purificata dici non poſſit ſuper extante Bernar-
dino de linea ſic contemplata, & expreſsè vocata ad tra-
dita per Rot. *deciſ. 183. n. 6. par. 10.* Verùm etiam ſubſti-
tuendo Vincentium habuit, & conſideravit prædium tam-
quam rem individuam, & cum ſuppoſito de ejus perma-
nentia abſque ſciſſura portionum penes inſtitutos, & ſuos
deſcendentes dum dixit ibi - *Che la ſudetta poſſeſſione, e beni
vadino, e ritornino all'infraſcritto ſuo Erede, e deſcendenti,*
ex quo oritur aſſiſtentia purificationis ſubſtitutionis favo-
10 re Vincentii quoad ſolam portionem alterius ex legatariis
ſine filiis, quodque ut locus fiat ſubſtitutioni expectandus
11 veniat omnium legatariorum obitus ſine filiis ex firmatis
per Rotam *deciſione 177. nu. 11. & ſequen. coram Priolo*, &
traditis per Peregrin. *conſ. 32. nu. 44.* Card. de Luc. *dicto
diſc. 9. num. 8.*
Quæ clariora redduntur ponderando quod Bernardinus,
& Antonius Maria legatarii ſunt conjuncti re, & verbis
ibi -- *laſcio à Bernardino, & Antonio Maria Fratelli*
una poſſeſſione, cum ſub uno, & eodem verbo, complexu, 12
ſeu unica oratione ſit eadem res duobus legata *§. ſi eadem
res inſtit. de legat. l. Triplici 142. ff. de verb. ſignif. l. Com-
puncti 78. ff. de legat. 3.* propter quod defecto Antonio Ma-
ria ſine filiis ſuperſtite Bernardino, huic per jus non decre-
ſcendi totum legatum debetur *d. §. ſi eadem res l. par. in* 13
*princ. l. penult. ff. de uſufruct. accreſc. l. unica §. Ubi autem
verſ. ſin vero nemo alius C. de caduc. tollen.* Bellon. *de Jur.
accreſc. cap. 5. quæſt. 37. à n. 1. deciſ. 72. n. 8. & ſeqq. & dec.
94. coram Pœn. deciſione 374. n. 4. par. 11.* & in his termi-
nis pro excluſione reſolutionis pluralitatis in ſingularita- 14
tes, Menoch. *conſ. 661. n. 13. verſ. ita commune & n. 15.*
Card. de Luc. *d. diſcurſ. 46. n. 8.* Rot. *deciſ. 97. nu. 16. &
deciſ. 244. in fin. par. 17.*
Parum refragante quod ſubaccreſcendi Locum ſibi non
vindicet poſt quæſitum emolumentum *l. 1. §. Interdum ff.* 15
de uſufruct. accreſcendo quoniam hoc procedit quando ea-
dem res pluribus in eadem oratione relinquitur, quo caſu
licet inter iſtos adſit conjuncto realis, vel verbalis poſt- 16
quam quilibet ſuam portionem acquiſivit ceſſat jus ac-
creſcendi, ubi autem (prout in caſu) legatum fuit reli-
ctum nedum Bernardino, & Antonio Mariæ, verum etiam
eorum filiis, & deſcendentibus. Inde ſequitur quod cum
Antonius Maria deceſſerit ſine filiis ejus portio per jus non
decreſcendi remanſerit penes ſuperſtitem, Rota *d. deciſion.
72. num. 10. & ſeq. & deciſion. 94. coram Pœnia d. deciſ. 374.* 17
nu. 7. par. 11. Præſertim quia ut dictum eſt Teſtator lega-
tarios conſideravit per modum unius lineæ, quo caſu uti re-
dacti in unum corpus ſuperſtes præoccupat partem defi-
cientis quaſi ſuam *l. primo §. his ita definitis verſ. hoc ita tam* 18
variè C. de caduc. tollen. & etiam quia rem legatam reputa-
vit uti rem individuam quo ſtante cum eadem res ſit apud
omnes legatarios in ſolidum ideo habet conditiones non
decreſcendi, Card. de Luc. *de feud. diſc. 8. ſub n. 16. & de* 19
Jurepatr. diſ. 35. ſub n. 10.
Et his poſitis applicatur altera limitatio communiter re-
cepta ne pluralitas reſolvatur in ſingularitates, nempè 20
quando ſupereſt perſona Teſtatori magis prædilecta, quam
ſubſtitutus, Bart. & Doctores *in d. l. hæredes mei §. Cum ita*
Fuſ. *de ſubſtit q. 473. n. 30.* Card. de Luca *d. diſc. 96. n. 9.* Rot.
*deciſ. 183. n. 8. par. 15. dec. 93. n. 8. & 142. n. 13. & 244. n. 6.
par. 17.* quod ſane concurrit in hoc caſu, ſivè quia Bernar-
dinus, & Antonius Maria fuerint in hoc particulari fidei-
commiſſo primo loco nominati, Rot. *deciſ. 287. n. 10. coram* 21
Bich. & dec. 637. n. 3. in fine par. 2. rec. ſive quia ut dictum
eſt tale legatum relictum fuit pro conſervando ſplendore,
& nobilitate familiæ Mareſcottæ ad quod aptiores Teſta-
tor reputavit ipſos legatarios tamquam vere de d. familia
ſive quia eos re & verbis conjunxit, ut has duas qualitates
ad probandam prædilectionem ad excluſionem ſubſtituti 22
ponderat Menoch. *de præſumpt. 86. n. 20. verſ. dicitur*.
Et hæc omnia militant etiam reſpectu Prædii del Boſco
legati in Codicillis eiſdem Bernardino, & Antonio Mariæ
cum legatum hoc relictum fuerit eiſdem modis, formis, &
ſubſtitutionibus contentis in altero legato relicto in Teſta-
mento Prædii della Mareſcotta, de quo ſupra dictum eſt, 23
ſicque ex efficacia dd. clauſularum eodem modo de utro-
que legato judicandum eſt, Menoch. *conſ. 124. n. 60.* Rota *cor.
Pamphil. dec. 706. n. 2. & dec. 1788. n. 17. cor. Coccino*.
Et ita utraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Tuſculana Fideicommiſſi.

Ven. 9. Maii 1687.

ARGUMENTUM.

Fideicommiſſa utpotè odioſa nequaquam extenſionem re-
cipiunt, & ideò quoties verba Teſtatoris ſatis verificari,
& adaptari poſſint Deſcendentibus diſtributivè utriuſque
lineæ nunquam eſt pro inductione reciprocæ linearis ju-
dicandum, niſi ejuſdem Teſtatoris verba adeò ſint clara,
ut ſine lineari reciproca ſalvari non poſſint per ea quæ
etiam ſcripſit Card. de Luc. *de Fideic. diſc. C.* cum multis
ſequentibus, & ad effectum ſuadendi reciprocam cum
multæ hic propoſitæ fuerint conjecturæ tanquam dubiæ
reiiciuntur.

S U M M A R I U M.

1 *ÆGidianæ Conſtitutionis diſpoſitio locum non habet ſi ſententia ſit injuſta.*
2 *Reciproca linearis nunquam inducta dicitur ſi verba Teſtatoris ſatis verificari & adaptari poſſint deſcendentibus diſtributivè utriuſque lineæ & n. 11.*
3 *Ad hoc ut reciproca linearis volita dicatur, neceſſe eſt quod verba ſint adeò expreſſa ſine lineari reciproca ſalvari nequeat diſpoſitio Teſtatoris.*
4 *Idque eo magis procedit ſi agatur de fideicommiſſo condito à Tranſverſali.*
5 *Et ſi Teſtator à principio non unicam Perſonam ſeu lineam ſed plures lineas inſtituit.*
6 *Dictio* e coſi, *eſt repetitiva reciprocæ factæ inter primos inſtitutos.*
7 *Declara ut repetat reciprocam diſcretivè in unaquaque linea non autem de linea ad lineam.*
8 *Reciproca linearis in fideicommiſſo facto à Tranſverſali volita non dicitur niſi prægnantia verborum, & ratio recti ſermonis aliud non patiatur, vel adſtipulentur vehementes conjecturæ non verificabiles niſi in reciproca de linea ad lineam.*
9 *Teſtator vocando lineam in numero ſingulari unam tantum lineam conſideraſſe videtur.*
10 *Fœminæ non admittuntur niſi evacuata linea maſculina.*
12 *Reciproca linealis non probatur ex prælatione maſculorum ex digreſſione ad plures ſubſtitutiones & ex alienationis prohibitione.*
13 *Omnis eſt facienda interpretatio ut reciproca linealis excludatur.*
14 *Exiſtentia fideicommiſſi non probatur ex aſſertione Hæredis.*
15 *Res alienata ex facultate fideicommittentis remanet libera à fideicommiſſo, vide n. 16.*

D E C I S I O LXVII.

FRanciſcus de Parentibus poſt inſtitutos Hæredes univerſales Ambroſium, & Joannem Mariam ambos pariter de Parentibus alterum tamen ex fratre, alterum ex ſorore Nepotes ſubdidit - *Et in caſo che uno di loro mori ſenza figli maſchi legitimi, e Naturali muori all'altro, & in queſto medemo caſo uno ſucceda all'altro, e coſi anco li figli maſchi da loro deſcendenti in perpetuo nel detto caſo uno ſucceda all'altro, e mancando la linea maſculina ſuccedano le Femine per eguale portione.*

Quare conceſſa ab A. C. immiſſione in omnibus bonis
ſubjectis Fideicommiſſo Franciſci Felicis de Parentibus ſo-
rori Joannis Baptiſtæ qui fuit filius Hyeronimi, & ultimus
Maſculus ſuperſtes ex lineis vocatis à Fideicommittente.
Dubitavi an eſſet locus Ægidianæ, & D.D. quoad Joan-
1 nem Mariam, & Domum venditam ab Ambroſio eidem
Joanni Mariæ negativè reſponderunt propter injuſtitiam
ſententiæ cujus ratione ceſſat ægidiana, Rot. *dec.* 322. *n.* 1.
19. *& alibi ſæpius.*

Reciproca enim linearis cujus vigore Felix petit totum
fideicommiſſum nec concurrit expreſsè nec ſufficienter re-
ſultat ex conjecturis, & quidem non concurrit expreſsè,
Nam verba ſuperius recenſita poſſunt quidem inducere re-
ciprocam inter Deſcendentes cujuslibet Lineæ, non autem
de linea ad lineam. Cum enim non proferant neceſſarium
& promiſcuum complexum inter plures ex diverſis lineis
2 procedentes, ſed ſatis verificari & adaptari poſſunt deſcen-
dentibus diſtributivè utriuſque lineæ, utique non ſunt apta
inducere reciprocam linearum pro qua neceſſe eſt quod
verba ſint adeò expreſſa ut ſine lineari reciproca ſalvari
3 nequeat diſpoſitio Teſtatoris, Menoch. *conſ.* 982. *n.* 415.
Fuſar. *conſ.* 17. *n.* 42. & 45. Caſtald. *conſult.* 477. *n.* 1. & 3. &
conſult. 145. *num.* 30. Gratian. *diſcept. For. cap.* 731. *n.* 8.
Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 475. *n.* 2. Rot. *deciſ.* 287. *num.* 3. *par.* 4.
tom. 2. *recent.* Seraph. *deciſ.* 1023. *n.* 3. Eminen. Cerr. *deciſ.*
631. *n.* 4. Carill. *deciſ.* 605. *n.* 21. & *ſeqq.* Celſ. *deciſ.* 376.
n. 4. Dunoz. Jun. *deciſ.* 582. *num.* 1. Bich. *deciſ.* 271. *n.* 8.
4 *deciſ.* 68. *à n.* 1. *cum ſeqq. par.* 15. *recent. & deciſ.* 20. *nu.* 15.
& *ſeq.* 19. Quæ concluſio eo magis videtur procedere cum
fideicommiſſum fuerit conſtitutum à Tranſverſali, Peregr.
concl. 35. *num.* 8. *lib.* 3. Manſ. *conſult.* 218. *n.* 20. & *conſult.*
219. *num.* 11. *lib.* 3. Rot. *deciſ.* 68. *num.* 1. *part.* 15. & *co-
ram Carill, deciſ.* 105. *num.* 22. & *coram Emin. Cerro deciſ.*
539. *n.* 3. & 4.

Et Teſtator non inſtituit à principio unicam perſonam
ſeu lineam, ſed duos Nepotes, unum ex fratre, & alte-
rum ex ſorore & per conſequens plures lineas, Card. de
Luc. *de fideic. diſc.* 101. *n.* 2. Manſ. *d. conſult.* 219. *n.* 10. &
plurib. ſeq. lib. 3. Rot. *coram Ubald. deciſ.* 383. *n.* 18. & *co-
ram Carill. d. deciſ.* 105. *num.* 22. *deciſ.* 68. *n.* 7. & 15. *par.* 5
15. & *deciſ.* 20. *n.* 15. & *ſeq. p.* 19. *rec.* Inter quas ab initio
diviſit hæreditatem in duas portiones ubi - *Ciaſcheduno di
loro per eguale portione* Manſ. *d. conſul.* 219. *n.* 7. *lib.* 3. Rot.
dec. 341. *num.* 15. & *ſeq. part.* 6. *recent.*

Non obſtat quod ſicuti reciproca ex expreſſa inter Am-
broſium, & Joannem Mariam Hæredes inſtitutos, ita re-
petita ſit inter eorum deſcendentes vigore illorum Verbo-
rum - *e coſi anco li figli da loro deſcendenti*, quæ ſunt repeti- 6
tiva ejuſdem diſpoſitionis, Card. de Luc. *de fideicom. diſc.*
103. & *diſc.* 104. *n.* 4. 7. & *ſeq.* Ciriac. *conſult.* 70. *n.* 4. & *ſeq.*
Carol Ant. de Luc. *de linea legali art.* 20. *ſub n.* 7. *verſ. vide-
tur verius & reſponſ.* 19. *n.* 4. Rot. *deciſ.* 280. *num.* 10. *par.* 10.
deciſ. 306. *n.* 5. *ſeq. par.* 12. & *in Tridentina fideicomm.* 29.
Aprilis 1682. & 25. *Junii* 1683. *utrobique* §. *primo cor. bon.
mem. Decano, & in Tuſculana Fideicomm.* 20. *Junii* 1615. §.
fideicommiſſ. coram bo. me. Paulatio Rot. *dec.* 528. *n.* 16. *part.*
18. *recent.* & *deciſ.* 583. *n.* 20. & *ſeq. coram Bichio.* Quia
dictio. *E coſi*, ſit illativa, & repetitiva tamen repetit ſim-
plicem reciprocam diſcretivè in utraque linea non autem
de linea ad lineam, Menoch. *conſ.* 982. *n.* 4. & 5. Manſ. *d.* 7
conſult. 218. *lib.* 3. Rot. *deciſ.* 225. *n.* 13. poſt Torr. *de pact.
futur. ſucc. & coram Coccino deciſ.* 1194. *nu.* 4. & *ſeq.* & *dec.*
20. *n.* 27. & *ſeq. part.* 19. & *in Interamnen. fideicommiſſ* 13.
Junii 1683. §. *nec refert coram bon. mem. Albergato.* Præ-
ſertim cum agatur de fideicommiſſo inſtituto à Tranſverſa-
li inter plures lineas & ſtirpes à principio diſcreta, & divi-
ſa inter illos æqualiter hæreditate, quo caſu difficilius re-
ciproca linearis cenſetur inducta, & repetita in quibus ter-
minis non loquuntur DD. & deciſiones pro Felice allegatę;
procedunt enim vel in eadem linea vel quando pręgnantia
verborum, & ratio recti ſermonis aliud non patitur vel ad- 8
ſtipulantur vehementes conjecturæ non verificabilis niſi in
reciproca de linea ad lineam, itaut ex illis alias tacita reci-
proca ſubſtitutio reſultaret, quæ tamen in præſenti non
adeſt, quia ſi curritur ad vulgata requiſita *l. Titia Sejo, P. Se-
ja libertis ff. de leg.* 2. ex illis duo deficiunt nempè quod ſub-
ſtitutio ſit facta ultimo morienti, & in tota hæreditate, de-
ficiente enim præſuppoſito quod rata hæreditatis per obi-
tum Jo: Marię devenire debeat ad Maſculum alterius lineę
prædeficit ex ſupradictis. Inde ſequitur quod Felix reſpectu
portionis ejuſdem Jo: Mariæ non ſit ſubſtituta ultimo nec
in tota hæreditate, nec hujuſmodi defectus ſupplere po-
teſt vocatio Fœminæ poſt maſculos, & deficiente linea
maſculina ex quo Teſtator exprimendo maſculo duorum
Nepotum hæredum inſtitutorum ſub nomine lineæ in nu-
mero ſingulari unam tantum lineam conſideraſſe videtur 9
illam deſumendo à ſeipſo ac inter maſculos prædictos reci-
procam ſubſtitutionem ordinare voluiſſe, Carol. Ant. de Lu-
ca *de linea legali art.* 20. *num.* 4. & *ſeq. verſ. puto poſſe* Rota
conſult. 69. *n.* 69. *tom.* 1. Rot. *in Romana fideicomm. de Urſi-
ſinis* 1. *Februarii* 1661. §. *non obſtat in fin. coram bo. me. Al-
berg. & de fideicommiſſ. tranſverſali deciſione* 339. *n.* 11. *par.*
17. *recent.* Cum Fœminæ non poſſint admitti niſi in totum
evacuata linea maſculina ſecundum *conſ.* 344. *n.* 17. Re- 10
denaſch. *conſ.* 59. *n.* 15. Altograd. *conſ.* 80. *n.* 64. & *ſeq. lib.*
2. Andreol. *cantrov.* 85. *n.* 1. & *conſ.* 367. *num.* 2. Rot. *d.
conſult.* 69. *num.* 64. *tom.* 1. Rot. *poſt conſ. Giovagn.* 36. *nu.*
45. *lib.* 2. & *in rec. dec.* 280. *num.* 20. *par.* 10. & *dec.* 472.
num. 10. *par.* 14. & *d. deciſ.* 339. *n.* 23. *par.* 17. Etenim
cum non agatur inter deſcendentes Teſtatoris non poterat
linea maſculina à propria perſona deſcendere, imo nec &
à perſona ſui Patris de cujus linea maſculina non erat Am-
broſius alter ex hæredibus inſtitutis, utpote per fœminam
deſcendens. Ideo cum prælatio maſculorum & ſucceſſivè
Fœminarum vocatio impleri poſſet abſque ulla neceſſitate
admittendi reciprocam linearem, reciproca non debet ac-
cipi collectivè, ſed diſtributivè, ut ſubſtitutio fœmina-
rum non ſit facta ultimo maſculo utriuſque lineæ ſed ſigil-
latim cujuslibet lineæ, Rot. *dec.* 243. *n.* 7. *par.* 4. *tom.* 2.
dec. 467. *n.* 9. *par.* 5. *tom.* 2. *rec.* Bich. *dec.* 271. *n.* 24.

Cetere autem conjecturæ nempè reciproca inter primos
inſtitutos, prælatio Maſculorum, digreſſus ad plures ſubſti-
tutiones, & prohibitio alienationis, & aliæ minoris mo-
12 menti cumulatę per ſcribentes pro Felice viſę ſunt DD. poſ-
ſe quidem operari reciprocam inter deſcendentes ejuſdem
lineæ, ſed non eſſe trahendas ut importent abſque neceſſita-
te reciprocam de linea ad lineam, pro cujus excluſione ſu-
13 menda eſt quęlibet interpretatio, Rot. *coram Carill. dec.* 105.
nu. 20. & *dec.* 20. *num.* 27. *ad* 28. *par.* 19. *recent.* Et quæ cum
non adſit in Teſtamento multo minus poteſt deſumi ex
confeſſione Joannis Mariæ unici ex primis Hæredibus, qui
in quadam tranſactione inita cum Joanne Baptiſta filio
Ambroſii faſſus fuit quod poſt obitum Joannis Baptiſtæ in
univerſa Franciſci Hæreditate ſucceſſurus eſſet ipſe Joan-
nes Maria, & ſucceſſivè ejus deſcendentes; Quia cum aga-
tur de mero Juris articulo nihil facit aſſertio hæredis qui
14 erat perſona Idiota, & pœnitus concluſionum ignara, Rot.
cor. Royas dec. 154. *n.* 23. & *dec.* 284. *n.* 42. & *ſeq. par.* 8. *recent.*

Demum quoad Domum nulla competit immiſſio cum
fuerit licitè alienata in cohęredem juxtà facultatem expreſ-
sè impartitam à Teſtatore, ideoque remanet libera in hære-
ditate Joannis Mariæ, Simon. de Præt. *de interp. ult. volunt.*
15 *lib.* 3. *fol.* 373. *nu.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 476. *num.* 2.
Rot. *dec.* 446. *nu.* 1. *in fin. p.* 1. *recent. coram Eminentiſſ. Cerro
dec.* 507. *nu.* 10. & *ſeq.* Cum enim alienatio permiſſa fuerit
inter Cohæredes in Teſtamento in quo fuit contemplata
parentela ſub cujus nomine veniunt Deſcendentes & ex fœ-
minis qui poſſident Domum alienatam illa non eſt modo
16 obnoxia reſtitutionis; quidquid eſſet dicendum ſi adeſſet
in Teſtamento contemplatio agnationis aut Parentelę maſ-
culinæ in qua Teſtator præcipiſſet bona perpetuò remanere
ad tradita per Altograd. *conſ.* 80. *nu.* 51. & *ſeq. lib.* 1. Bellon.
Jun. *conſ. par. nu.* 15. Rot. *dec.* 429. *nu.* 15. *par.* 13. & *dec.* 415.
nu. 7. *par.* 14. & *in Romana fideicommiſſi de Bencompagnis* 18.
Junii 1683. §. *penult. coram Bevilaq. & in Eugubina fideicom.*
2. *Junii* 1681. §. *inſpectis coram Emin. D. Matthæjo.*

Præterea animadvertebant Domini, quod in Caſu defi-
cientiæ maſculorum ſunt vocatæ Fœminæ æqualibus por-
tionibus ac proindè hodie Felix non poteſt conſequi fidei-
commiſſum niſi æqualiter cum Fœminis deſcendentibus ab
alia linea Joannis Mariæ.

Et ita utraque Patre informante &c.

R. P. D. R O N D I N I N O.

Tudertina Cenſus.

Ven. 4. *Julii* 1687.

A R G U M E N T U M.

Etiam ſi pro reciprocæ linearis excluſione Juris ſtet præſumptio, nihilominus quoties ex conjecturis liqueat Teſtatorem reciprocam linearem voluiſſe pro ea eſt judicandum, volitam autem fuiſſe deciditur dum Teſtator ampliſſimis verbis alienationem prohibuit ut integra ſua hæreditas & bona deferretur ad Vocatos & bona ſemper remanerent penes ipſos juxta ea quæ pariter tradit Card. de Luc. *de Fideic. Diſc. CI.* alia multa habentur quæ concernunt modum probandi bonorum Identitatem.

S U M M A R I U M.

1 *EXceptio fideicommiſſi retardat Immiſſionem Creditoribus Gravati.*
2 *Fideicommiſſum ſucceſſivum inter deſcendentes dicitur inductum ſi Teſtator voluerit in tempus longevum diſponere & ſuccedendi ordinem per gradus ſtatuere.*
3 *Præſertim ſi probibetur alienationum & Trebellianicæ detractione.*
4 *Recriproca linealis dicitur volita ſi probibita fuerit alienatio ut integra hæreditas deferretur ad deſcendentes maſculos & penes vocatos bona ſemper remanerent,*
5 *Ex Cataſtro probatur bona fuiſſe in bonis Teſtatoris.*
6 *In antiquis ex conjecturis probatur identitas & n.* 7.
8 *Ac etiam per Teſtes deponentes per famam.*
9 *Poſſeſſio præſumitur continuata uſque ad obitum.*
10 *Quidquid filii habent cenſetur à Patre proveniſſe.*
11 *Contra non conficientem inventarium urget præſumptio quod omnia bona per eum poſſeſſa fuerint in hæreditate Defuncti.*

12 *Identitas probatur ſi Defunctus poſſidebat in eodem loco quo poſſidet Hæres.*
13 *Identitas probatur ſi concurrant duę demonſtrationes quarum altera generalis & alrera particularis ſufficiunt.*
14 *Erronea deſcriptio facta in Inventario non præjudicat.*
15 *Præſertim ſi appoſitę fuerint clauſulæ ſalutares Jura prę-ſervantes.*
16 *Pro dote datur retentio.*
17 *Dotis ſolutio probatur per confeſſionem de recepto ſi præceſſerit promiſſio.*
18 *Promiſſio facta per Virum ſolvendi certam pecuniarium quantitatem quoties in certo loco non maneat ſubſtinetur.*
19 *Dos non exacta adverſus Virum reputatur ac ſit eſſet ſoluta.*
20 *Non exigitur ceſſio ad effectum retinendi.*
21 *Hæres ad effectum faciendi fructus ſuos cenſetur pro ejus creditis appropriaſſe bona hæreditaria.*

D E C I S I O LXVIII.

PRo præſtatione novi fundi, & ſolutione fructuum Cenſus ſcut. 500. in ſort e, quem de anno 1669. Laurentius Leonius impoſuerat favore Joannis Pauli Celii, Carolus, & Bernardus de Parentiis præfati Celii ſucceſſores obtinuerant ab A.C. Mandatum contra Bona hæreditaria Laurentii impoſitoris. Ad cujus mandati executionem impediendam, licèt Dominicus, Paula, & Catherina de Leonis hæredes oppoſuerint plura eorum credita anteriora, & Periti electi per Judicem ad hunc effectum in Partibus ſubdelegatum retulerint, hæreditatem Laurentii abſorberi à Creditis anterioribus hæredum tàm ex Cauſa Jurium dotalium Lauræ Biſentiæ uxoris Laurentii, quam debitorum ab hæredibus ſolutorum, Nihilominùs placuit A. C. decernere proceſſum ad ulteriora in executione mandati ſupra prædictis bonis, iiſque tamen hæredibus non amotis, & dummodo oblationes excederent ſcut. mille. Quamobrem commiſſa mihi cauſa cum clauſula translativa executionis, & propoſito dubio ad formem Commiſſionis DD. reſponderunt, mandatum non eſſe exequendum.

Nam quoad domum ſitam in Civitate Tudertina, & quo-
ad predium, & Terras deſcriptas *ſum. n.* 6. & 10. Cenſuerunt
Domini conſtare de fideicõmiſſo Laurentii ſenioris de Leo-
niis purificato ad favorem Dominici Leonii, ut ex Teſta-
mento dato in *ſum. n.* 1. Ideòque cum ſuper iſtis bonis Lau-
rentius Junior ultimo loco defunctus, & debitor Cenſus
non potuerit, nequè tacitam, nequè expreſſam hypothecam
conſtituere, exceptio fideicommiſſi retardat Immiſſionem
Creditoribus gravati, ut notant DD. *in l. filius familia* §. *Di-
vo*, ubi præcipuè Jaſon, & Ripa *n.* 11. *ff. de legat.* 1. Gobb. *con-
ſult.* 92. 4. 1. Rota poſt Merlin. *de pignor. dec.* 55. *n.* 1. & 2. *cor.* 1
Seraph. dec. 157. *per tot. & coram Emin. Cerro dec.* 491. *n.* 1.

Fideicommiſſum favore deſcendentium maſculorum Lau-
rentii reſultat ex verbis præſeferentibus tractum ſucceſſi-
vum futuri temporis, ibi -- *Ita quod integra ſua hæreditas de-
feratur ad deſcendentes maſculos ex dd. ſuis filiis legitimis, &
Naturalibus, & ſucceſſivè de eorum gradu in gradum, ita quod
d. ſua hæreditas, & Bona ſemper ſint penes dd. deſcendentes
maſculos ut ſupra graduato &c.* Cum enim conſtet, Teſtato-
rem voluiſſe in tempus longævum diſponere, & ſuccedendi
ordinem per gradus ſtatuere, dubitari non poteſt ſucceſſi-
vum inter deſcendentes vocatos inductum eſſe fideicom- 2
miſſum, Cuman. *in l. cum ita* 32. §. *in fid. ſub n.* 4. *de leg.* 1. Fuſ.
de ſubſt. q. 382. *n.* 52. & *q.* 478. *n.* 56. & 93. Bellon. Jun. *conſ.* 26. *n.*
20. & *ſeq.* Manſ. *conſul.* 337. *n.* 3. & 4. Caſtald. *conſul.* 66. *n.* 18.
Add. ad Greg. *dec.* 207. *n.* 9. *verſ. præd. opin.* Ro. *in rec. dec.* 168.
n. 9. *p.* 3. *dec.* 212. *nu.* 1. 2. *p.* 4. *to.* 1. *dec.* 366. *nu.* 10. *p.* 4. *to.* 2. *dec.*
649. *n.* 2. & *ſeq. p.* 4. *to.* 3. & *cor. Arguel. dec.* 54. *n.* 2. & *per tot.*

Multò magis concurrente prohibitione alienationis, ut integra hæreditas perveniret gradualiter ad deſcendentes, & prohibitione etiam Trebellianicæ, quæ locum non habet, niſi in fideicommiſſum, & eſt neceſſaria Conjectura ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, Valenzuol. *conſ.* 185. *n.* 55. *lib.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 5. *ſub nu.* 1. 2. *verſ. Item prohibitio illa, & alii relati per tot. coram Arguel. d. dec.* 54. *nu.* 32.

Præterea in ſuperius recenſita diſpoſitione non ſolum adeſt ſimplex deſcenſivum fideicommiſſum favore maſculorum, ſed etiam continetur ſubſtitutio reciproca linealis inter omnes vocatos, ità ut integrum fideicommiſſum, & omnes etiam patruorum portiones conſolidatæ hodiè ſint